Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gata murmurationem ante petramm: dixitque eis: Audite rebelles
et incredili: Numquid de petra hac nobis aquam potimus ecce.
Cumque elevasset moyses manum percutiens virga bis
silicem: egresse sunt aque largissime: ita ut populus biberet
et iumenta. Dixitque dns ad moysen et aaron: Quia
non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filijs
israhel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.
Hec est aqua contradictionis ubi murmurati sunt filij israel
contra dnm et sanctificatus est in eis. secundum iohnem.

Illo tempore: Venit ihc in ciuitatem samarie que dicitur
sichem: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio
suo. Erat autem ibi fons iacob. Ihc ergo fatigatus ex iti
nere: sedebat sic super fonte. Hora erat quasi sexta. Venit
mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei ihc. Da
mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem
ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samarita
na. Quomodo tu iudeus cum sis. bibere a me poscis q
sum mulier samaritana. Non enim commutantur
iudei samaritanis. Respondit ihc et dixit ei. Si
scires donum dei. et quis est qui dicit tibi da mihi bi
bere: tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquam
viuam. Dicit ei mulier. Dne neque in quo hauries
habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquam
viuam? Numquid tu maior es patre nro iacob. qui de
dit nobis puteum. Et ipse ex eo bibit et filij eius: et pe
cora eius. Respondit ihc: et dixit ei. Omis qui bibit
ex aqua hac sitiet iterum: qui autem bibit ex aqua quam
ego dabo ei. non sitiet in eternum. sed aqua quam ego dabo
ei. fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam